

*Matth. Florim. 782. OK*

ALCIBIADIS

LVCARINI

PATRICHII SENENSIS

LIBER SINGVLARIS

AD IVSTINIANVM IMPER.

DE FIDVCIARIA TVTELA.



SENIS

Ex Typographia Matthæi Florimi, M DC XII.

Superiorum Permissu.

FRANCISCO, ET FABIO

FRATRIBVS ACCARISIIS

I. V. DD. CLARISSIMIS.

PATRICIIS SENENSIBVS.

SCONOSCIVTVS ACADEMICVS VNITVS.



COMMENTARIA ad Unde-  
uigesimum libri primi Institutio-  
num Titulum ; quæ iam in ipso  
ætatis Vere , dum easdem Inst.  
publicè in patrio Senensi Gymna-  
sio interpretaretur Alcibiades Lu-  
carinus I. V. D. Eques, & Comes  
Palat. ac in Salernitana Academia Antecessor Ordina-  
rius, inter Varias occupationes, ac domesticas curas, quæ  
studiorum suorum cursum sepissimè interrūpebant, præ-  
cibus Auditorum conscripsit, ad communem utilitatem  
editurus, ea, potissimum, ratione impulsus, cum dare  
propè diem in lucem statuerim OBSERVATIONES  
quasdam in gratiam VNITORVM Academico-  
rum, ab eodem Autore compositas ; nec deceat, mea  
quidem sententia, antè hæc Commentaria, prius ab  
eo facta, licet modico temporis intervallo ; illas Thyphis



DE DVOBVS FRATRIBVS ACCARISIIS  
ET DE INSIGNE  
ex secato lapide in eorum honorem

PAULI EMILII PAGANI PATR. SALERNITANI.

EPIGRAMMA.

**E**N tibi quàm simili se se pars iactat honore  
Utraq; sunt cupias dicere falsus idem.  
Credulus ah nimirum caue, ne dum dicis eandem  
Alterutram merita laude carere velis.  
Hæc tibi fraternos signant insignia mores:  
Cerne hunc, cerne alium; vix fateare duos  
Quò duo sint similes cernis; cum sinxit utrumq;  
Tunc se natura effingere dixit idem.



DE DVOBVS INSIGNIS DE OCCASIBVS

ET DE INSIGNE

Elephantum trasuadantium Flumen.

INDVSTRIOSI ACADEMICI VNITI.

EPIGRAMMA.

**M**agnum Iuris opus? nunquam maiora sequetur:  
 Clarior Eo fulget ob axe dies,  
 Ast Vbi Sol medium caeli conscenderit orbem,  
 Non magis ardentes expetit unda faces:  
 In nunc, quisquis ades, Veterum monumenta reuolue,  
 Fama nihil melius quod tueatur habet.

# ALCIBIADIS

LVCARINI

PATRICII SENENSIS

LIBER SINGVLARIS

AD IVSTINIANVM IMPER.

DE FIDVCIARIA TVTELA.

PROEMIVM.

R E R V M N O T A E .

- 1 *Tractatio Fiduciarie Tutela difficillima.*
- 2 *Scribentes Itali putarunt parum accuratè fuisse tractatam materiam Fiduc. Tutela.*
- 3 *Germani verò negligenter à Trib. scriptam.*
- 4 *Elaborandum est in enodando Tit. de Fid. Tut.*
- 5 *Nullus .n. est eo difficilior Tit. in Volumine Instit.*
- 6 *Diuisio totius Commentii.*
- 7 *Medici grauius infirmo validiorè præbèt medic.*
- 8 *Veritas est in profundo puteo demersa.*



**A**RDVAM sanè, ac penitus laboriosam pro-  
uinciam suscipio, Iuuenes & generis, & vir-  
tutis splendore illustres, Fiduciariam Tute-  
lam explanaturus; materiam, hisce tempo-  
ribus, incognitam, obscuram, & omnium consensio-

A ne dif-